



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

Partis primæ, quæ est de ratione legendi & scribendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)



INSTITVTIO NVMLINGVÆ

HEBRAICÆ

pars prima.



CAPVT I.

De Literis.



LITERAE Hebræorum,
quas ipsi תיבתיות Othi-
joth appellant, omnes
sunt consonantes. Ea-
rum numerum & or-
dinem, qui ex Threnis Hieremiæ,
alisq; similibus Alphabeticis libris
colligitur, necnon figuras, nomina,
& ipsorum nominum significatio-
nem, denique potestatem siue so-
num ipsarum, & quorum numero-
rum notæ sint, subjecta tabella indi-
cabit.

A

Num.

PARS II. CAP. II.

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
1	א	aspiratio lenissima.	Aleph אלף	Quasi אלוף Alluph, id est, princeps, quod sit principium Alphabeti.
2	ב	B, Græcū, sive, v. cō- sonans.	Beth בית	Domus, quod figura sua do- mum imitetur: summa enim li- nea a tectum, in- fima pavimen- tum, media pa- riete, vacuitas è regione por- tam refert.
3	ג	gh	Gimel גימל	Quasi גמל gam- mal, id est, ca- melus, propter gibbum, quem in dorso gerit.
4	ד	dh	Daleth דלת	Quasi דלת de- leth, id est, por- ta

DE LITERIS.

Num.	Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				ta, quòd eam suis lineis ali- qua ex parte referat.
5	ה	b	He ה	A sono quem exprimit, no- men accepit.
6	ו	v, conso- nans.	Van ו	Uncinus, q ejus similitu- dinem præ se ferat.
7	ז	z, Græcum.	Zajin ז	Quasi זז zen, id est, telum, quòd clava es- se videatur.
8	ח	ch, vel x Græcum.	Cheth ח	A sono pro- prio sic vocatur
9	ט	t	Teth	Item à sono.
10	י	i, consonans.	Yod י יוד	Quasi י יod, id est, spatium, quod propter suam

A 3

Num.	Figur.	Potestas	Nomen	Significatio.
				suam exiguitatem relinquit.
20	כ ך	c ch ch	Caph כֶּפֶה	A curuitate sic dicitur, nam כֶּפֶה Caphaph, incuruare significat, & כֶּפֶה Caph, rem curuam, ut volam.
30	ל	l	Lamed לִמֶה	A מלמד Mal mad, id est, stimulo, seu veru, cuius similitudinem exhibet.
40	מ	m	Mem מִם	A sono, ut in aliis linguis.
50	נ	n	Nun נִן	Item à sono.
60	ס	s	Samech סִם	Quasi סמך Samuch, id est, coniuatū, & in se ductum, à סמך

DE LITERIS.

Num.	Figur.	Potestas	Nomen	Significatio.
70	ו	Aspiratio densissima.	Nghajin וין	<p>וין continuauit.</p> <p>Oculus, quod ejus figuram imitetur.</p>
80	פ	p ph ph	Pe פ	Os, seu vultus, à figura.
90	צ ץ	ts ts	Tfade צדי	Uenabulum, quod ei non dissimile videatur.
100	ק	q, vel k	Coph ק	Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quē describit: nam קי קי, circuire est.
100	ך	r	Rosc רוש	Quasi רוס Rosc, id est, caput, quod aliqua ex parte illius figuram

A 3 imit

Num.	Figur.	potestas.	Nomen.	Significatio.
300	שׁ שׁ	se f. vide Iud. c. 12. v. 6.	Scin שׁין	imiterur. Quasi שׁין Scin, id est, des, quod dentata sit li- tera.
400	ת	th, siue θ Græcum.	Tau ת	Signum, siue terminus: quod alphabetū ter- minet.

500 600 700 800 900 1000
 7 8 9 10 11 12

Admonitio de nominibus literarum Hebraicarum.

Nomina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam derivata esse nomina aliarum omnium literarum, veteres omnes docent, Hebraei, Græci, Latini. Vide Iosephum lib. 1. Antiquit. cap. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Augustinum lib. 18. de Civitate Dei,

Dei, cap. 39. ac præcipuè Eusebium lib. 9. cap. 4. & lib. 10. capit. 2. de Præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat, primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quòd sola Hebraica literæ nomina habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas vocent alpha, beta, gamma, delta, & Latini, a, b, c, d, & c. nullam rationem aliam reddere possumus, quàm quòd Hebræos imitati sint, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato: item Sanctus Hieronymus in epistol. ad Paulam Urbicam, & in Commentario ad Threnos Hieremix: nos quoque aliam ab illis non parum diuersam paulò ante reddidimus.

De potestate earundem literarum.

PRæter ea, quæ in Alphabeto ipso annotauimus, sciendum quoque est, literas omnes Hebraicas in quinque diuisas esse classes, pro nu-

A 4 mero

mero videlicet instrumentorum vo-
cis. 1 Quædam enim dicuntur lite-
ræ gutturales, videlicet א ה ח ע.

2 Aliæ dicuntur literæ labiales, vi-
delicet, פ ב ו מ. 3 Aliæ dicuntur lite-
ræ palati, videlicet, ג י ו ק. 4 Aliæ
dicuntur literæ linguæ, videlicet,
ד ט ל נ ה. 5 Aliæ denique dicuntur li-
teræ dentium, videlicet, ש צ ר ט ו.

Literæ gut-
turales diffi-
culter pro-
nunciatur.

Ex his norandæ potissimùm quæ
sunt gutturis & labiorum: gutturales
præsertim, quarum א Aleph, in sum-
mo gutture, siue in ipso ore forma-
tur, respondetq; spiritui leni Græco-
rum, ita vt nihil addat ad vocalem,
cum qua syllabam necessariò efficit,
nisi spiritum illum, qui minimùm
requiritur ad quamlibet vocem pro-
ferendam. ה He respondet spiritui
denso Græcorum, & nostræ aspira-
tioni h, formaturque in gutture, sed
paulo inferiùs quam Aleph. ח Cheth
est quasi duplex aspiratio densa, &
in

in ipso nodo gutturis, hoc est, inferius quam He, formari debet. y Nghajin, aspiratio est densissima (etsi alij aliter sentiant) fitq; dum spiritus narium ad iunctum in imo gutture quodammodo stragulantur. Itaque pronuntiatio harum quatuor literarum à summo gutture ad imum vsq; quasi quibusdam gradibus descendit.

De figuris seu characteribus literarum.

1 **P**rimùm diligenter intuendæ sunt figuræ, & discrimen notandum similiarum literarum, ne inter legendum vnâ accipiamus pro alia. Sunt autem hæ literæ similes:

שעסוהרנב
שצםמזחרנב

2 Deinde sciendum est, quinque literas dupliciter scribi, videlicet,

צפנמב
דזוסד

quarum priores, id est, contractiores, scribuntur in principio, & in medio dictionis, posteriores autem,

A s quæ

quæ etiam longiores sunt, scribuntur solum in fine.

Appendix.

Inuenitur tamen extra ordinem Isa. 9. 5. 7. ם, in medio, in illa dictione, לְמַרְבֵּה le-marbe, ad multiplicationem & lib. 2. Esdr. cap. 2, v. 13. ם in fine, in dictione הַם illi.

3 Postremò sciendum est, Hebræos literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipsa tabula literarum ostendimus. Porriò cæteros numeros, quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: Siquidem יי significat 11, יב 12. & sic de cæteris, nisi quòd pro יי, scribunt יו, superstitione quadam ducti, quia יי est vnum ex nominibus Dei. Sic etiam post ת, quæ litera efficit 400, non semper ponunt literas illas finales, sed compositos numeros.

900 800 700 600 500

תתק תת תש תר תק

CAP

*De Punctis, quæ Vocalium loco sunt
apud Hebræos.*



ETERES Hebræi, quod nullas haberent propriè vocales literas, utebantur interdum earum loco quatuor consonantibus, videlicet, א Aleph, ה He, ו Vau, י Iod. & quidem per Aleph, & He, exprimebant a, & interdum alias vocales: per Vau, o, & u: per Iod, e, & i.

Appendix.

Erat autem difficillimus harum vocalium vsus, tribus potissimum de causis: primum enim eadem literæ interdum fungebantur munere suo, id est, consonantium, interdum alieno, id est, vocalium: nec facile diiudicari poterat quando vno officio, quando altero fungerentur. Deinde quum eadem litera diuersarum vocalium locum obtinere posset, vt jod, e, & i, vau, o, & u, quis facile diuinaret, huiusne, an illius po-

tius

eius locum obtineret. *Accedebat postremo, quod sæpe nulla harum quatuor litterarum expresse in vocibus Hebraicis habebatur, sed subintelligenda erat. Itaque magis usu loquentium, quam præceptis, ratio legendi, vel pronunciandi, apud Hebræos olim conseruabatur: quod non obscure indicat B. Hieronibus in epist. 126. quæ est ad Euagrium.*

Posteriores Hebræi, tum ad minuendam difficultatem, tum etiam ne paulatim scientia linguæ Hebræicæ penitus interiret, quæ ipsi traditione majorum, & usu, didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam excogitatis punctis, quæ ubiq; locum Vocalium obtinerent.

Appendix.

*Punctorum
usus quâdo
apud Hebr.
cepit.*

Quamquam non est omnino exploratum, quo primùm tempore ejusmodi puncta literis Hebraicis addita fuerint: atque adeò nonnulli contendunt, Biblia ab ipso Moysè, aut certè ab alio quopiã præstanti diuinæ

diuinae legis Doctore, ante Christi aduentum punctis fuisse; accentibusq; distincta: tamen probabilis est sententia Heliae Leuitae Germani, qui in Praefatione Masoreth affirmat, id factum esse apud Tiberiadem Palaestinae anno 436. ab euersione templi, id est, anno salutis nostrae 476.

Sunt igitur puncta decem, quae à Grammaticis dicuntur ניקוד, necud-dot, vel ניקון, thenunghoth, pro longis Vocalibus quinque, & quinque pro breuibus: quorum characteres, potestatem, nomina, & significationes, subiecta tabella indicabit. Alia enim tria sunt praeterea puncta breuissima, siue semipuncta, de quibus in sequenti capite.

Tabula punctorum vocalium.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
◌	a, longum	camets	Dicitur a verbo
		◌◌◌	◌◌◌ Camats, quod est colligere, quia collecto

Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			lecto ore obscure pronun- ciatur, sono quo- dam medio inter a, & o.
-	a, breue	Patach פתח	Dicitur à verbo פתח Patach, quod est aperire, quia a- perto ore clarissime pronunciatur, plane ut a, Latinum.
..	e, longum	Tfere צירי	A verbo צור tfur, quod est coarctare: quia proferri debet obscure, ut e Italicum in vocibus, pena, & penna.
::	e, breue	Segol סגול	A nomine Cal- daeo סגול Segulla, quod botrum signifi- cat, quia eius for- mam imitari vide- tur: profertur autem

Fig.

Figura	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			clare, vt e, <i>Latinum</i> in voce penna.
	i, longum	Chiric gadol חיריק גדול	Chiric magnum, à sono quem edit, no- men accepisse vide- tur.
	i, breue	Chiric ca- ton חיריק קטון	Chiric paruum, similiter à sono no- men accepit.
	o, longum	Cholem חולם	A sono, quem ef- ficat priore syllaba, nomen habet.
	o, breue	Camets Chateph קמץ חטף Sciurec שורק	Camets raptum, nam חטף chataph rapere significat. A sono quem edit priore syllaba: pro- fertur autem vt u magnum Italicum & Germanicum.
	u, longum		
	u, breue	Kibbuts קבץ	A verbo קבץ ka- bats, quod est cōgre- gare

*gare: quia labiis collectis effertur, ut u Cal-
licum.*

*Quo pacto litera cum punctis syllabam ef-
ficiant, subjecta exempla docebunt.*

va	va	ve	ve	vi	vi	vo	vo	vu	vu
ב	ב	ב	ב	ב	ב	ב	ב	ב	ב
da	da	de	de	di	di	do	do	du	du
ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה
ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	hu	hu
ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה	ה

Ⓞ *Sexuationes.*

1 **O**Mnia puncta subscribuntur literis consonantibus, exceptis Chiric magno Cholē, & Schiurec, quæ ad latus, vel suprâ, scribi debent.

2 Cholem dupliciter notatur, vno modo cum litera Vau, quæ neque hîc, neque in Schiurec pronunciat, ut infrâ dicetur. Altero modo sine Vau: & tunc punctum notatur supra consonantem, cum qua facit syllabam non in medio, sed ad latus
fini-

sinistrum hoc modo, הַרְה, vt distinguatur ab accentu Reuiang, de quo infra dicemus.

Appendix.

Atque hinc fit, vt compendij causa vnum atque idem punctum dextrum literæ *ו* non tantum sonet *sc*, sed etiam sæpè pro *cholem* proximè precedentis literæ sumatur מִשֶׁה, Mosce, Moyses, pro מִשֶׁה, יֹשֵׁב pro יֹשֵׁב, *loscen*, sedens.

3 Camets chateph, quod & camets chatuph, seu chateph camets, appellatur, hoc est camets raptum, sæpissimè scribitur sine illis duobus punctis additis ad Camets, ita vt figura non distinguatur à Camets longa vocali. Vt ergo possit intelligi, quando eiusmodi punctum sit Camets, & quando Camets chatuph, hæ regulæ obseruandæ sunt. Prima, si nullum habeat accentum rhetoricum, & mox sequatur Sceua, aut Dages, non est Camets, sed Camets

B chat

chatuph, vt חכמה *chochma*, *sapientia*,
 non *chachma*, כלו *collu*, *finita sunt*, non
callu, Accentus tamen rhetoricus sæ-
 pè intelligendus est, quamuis non
 exprimatur. Secunda, si sequatur
 accentus Maccaph, & proximè non
 præcedat א aut ה, illud est Camets
 chatuph, vt כל-ארץ *col erets*, *omnis terra*
 non *cal erets*.

Appendix.

Tertia, in finibus verborum, siquidem
 accentus præcedat, est etiam Camets cha-
 tuph, vt ויקם *vaijacom*, & surrexit, non
vaijacam.

Appendix.

Aliàs semper est camets. Porrò quid
 sit accentus rhetoricus, quid *scena*, *daghes*,
 & *machaph*, paulò infrà suis locis dicitur:
 quia tamen interdum euphonia causa ex-
 cidit *daghes* ex litera, quæ proximè sequi-
 tur post camets chatuph, ita vt putari possit
 camets longum id, quod re vera est camets
 chatuph: idcirco tunc, etiam in libris cor-
 rect

rectissimis, scribitur camers, chatuph cum duobus punctis expresse additis ad dexteram ipsius camers, hoc modo, .

4 Obserua in pronunciatione literarum cum suis punctis, prius sonare & audiri debere literam, quam punctum literæ subiectum: non enim dicimus $\text{א} \text{א}$, sed א : excipiuntur tamē duæ literæ gutturales, ח , & ע , quando in fine dictionis existentes sub se habent Patach: tunc enim prius proferri debet punctum, quam litera. Itaque dicemus $\text{ע} \text{ו} \text{ו} \text{ו}$ Iehoschiuangh, non Iehoschiungha $\text{ח} \text{ו} \text{ו} \text{ו}$ Maschiach, non Maschicha.

Literā in pronunciatione prius sonat quam punctum subiectum:

Obseruanda singularis pronunciatio literarum ח & ע :

Appendix.

Hujus exceptionis ratio est, quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandas, sed solum ut litera illa ex gutture pronunciarī possint, siquidem integrā nomina sunt, in exemplis allatis, $\text{ע} \text{ו} \text{ו} \text{ו}$ $\text{ח} \text{ו} \text{ו} \text{ו}$: experientia autem docet, non posse

B z in

in his nominibus ex gutture pronunciari ultimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, ubi hæc literæ vltimum locum occupant, nisi præcedat camets, aut patach. Quotiescunque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets, aut patach, necessario additur patach sub istis literis, ut ritè proferri possint: quod idcirco dici solet patach suffuratum, seu patach necessuatis.

Patach suffuratum.

¶, quū punctum in vētre habet quomodo pronūcietur

¶ Quod autem diximus de literis ¶, & y, habet etiam locum in litera ¶, quando punctum habet in ventre, ut patet in isto nomine אלה, Deus: dicimus enim eloah, non eloha.

CAPVT III.

De Semipunctis.

Punctaria, quæ vices gerunt breuissimarum vocalium.

PRæter illa decem puncta, quæ locum obtinent vocalium tum longarum, tum breuium, sunt alia tria puncta, quæ breuissimarum vocalium vices gerant:

rant: nimirum sceua, chateph patach, & chateph segol, de quibus ordine dicemus.

2 Sceua, Hebræis שׂוּא vel שׂוּא, constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito, hoc modo, : , quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet ^{Sceua quiescens.} auribus, neque syllabam constituit, sed potius trahit literam sibi impostam ad præcedentem, vt cum ea syllabam componat, vt quum dicimus הָלַךְ *halach, ambulauit.* Quando sonat, ^{Sceua sonans.} idem valet quod e, breuissimum, & syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, vt quum dicimus דְּבַר *devar, verbum.*

Adnotatio.

Et hinc fortasse nomen accepit: vide ^{Sceua vnde dicatur.} *tur enim שׂוּא dici à verbo שׁוּב, quod est redire, quia literam suam ad præceden-*

rem trahit, & quodammodo redire facit.
 Atque hinc fit, vt omnis litera in fine di-
 ctionis, exceptis quiescentibus, quæ sunt
 אהוי, si nullum habeat punctum, censea-
 tur habere sceua, licet non inueniatur ex-
 pressum, nisi sub literis ב נ ד כ פ ת quando
 habent daghes lene, quod tum demum ap-
 paret, quum aliquid additur, vt פקרר visita-
 uit, פקרת visitasti. Reperitur præterea sce-
 ua finale sub litera ך, licet non habeat da-
 ghes lene, atque in tribus aliis dictioni-
 bus, ויש declinet, Prouerb. cap. 7. וישק ve-
 ritas, Prouerb. 22. וישק potum dedit, Ge-
 nes. 29.

3 Ad internoscendum autem quã-
 do sceua sonet, & quando quiescat,
 hæ regulæ seruandæ sunt. Prima, sce-
 ua in initio dictionis semper pro-
 nunciatur, vt למוד lemod, disce, non
 lmod. Secunda, in fine dictionis nun-
 quam pronunciatur, vt וישת vajesht,
 & bibit, & non vajeshte. Tertia, in me-
 dio dictionis pronunciatur solum
 sub

sub litera geminata, ut הָלֵלוּ *halelu*,
 laudate, non hallu, רִבְבוֹן *rivevon*, decem
 millia, non rivvon: sub litera quæ ha-
 bet punctum in ventre, ut לִמְדוּ *lim-*
medu, docuerunt, non limmdu: post alte-
 rum sceua, ut יִלְמְדוּ *jilmedu*, discent, non
jilmdu: denique post vocalem lon-
 gam carentem accentu Gramma-
 tico, ut לָמְדָה *lameda*, didicit, non lam-
 da. In לָ enim est accentus Rhetori-
 cus.

Prima Exceptio.

Quando duo sceuaim sunt in fine, ut
 trumque quiescit, etiam si primum sit post
 longam vocalem, & secundum sit post al-
 terum sceua, vel sub litera habente pun-
 ctum in ventre, ut יִשְׁתֵּי *jest*, bibet, non jeste,
 יִבְכֵי *jevch*, flebit, non jeuech. Quamquam
 id nonnulli negant, præsertim si ultima li-
 terna sit affecta puncto daghes: tunc enim
 ultimum sceua pronuntiandum putant, ut
 יִשְׁתֵּה *jesthe*.

Duo Sceua
 in fine di-
 ctionis quie-
 scunt.

Secunda exceptio.

Scœua post
vocalē lon-
gā quando
quiescit.

Quando vocalis longa notata est accen-
tu Grammatico, scœua sequens quiescit, ut
למודנה lemodna, discere, non lemodena, vel
quando vocalis longa eo loco habetur pro
breui, ut וו coniunctio quum ponitur pro ו
ve, ne duo scœuaim concurrant initio: tunc
enim scœua sequens quiescit, ut ונרממה vn-
romemah, & exaltemus, non vnerome-
mah, ut infra in 4. par. c. 2. fusiùs dicitur.

Appendix.

Regula ser-
uanda ut per
fectè pronū-
cietur Scœua

Observandum verò est, ad perfectam
pronunciationem semipuncti scœua, quum
post scœua sequitur litera gutturalis, ipsum
scœua, quorundam sententia, debere pro-
ferri ferè ad eum modum, quo profertur
punctum subiectum literæ gutturali, & si
adsit accentus, qui dicitur gahaia, profe-
rendum planè eo modo, quo profertur pun-
ctum literæ gutturalis: dicimus enim ותי
chi, viuet, non techi. Idem dicendum est
de scœua precedente jod sine chiric: vergit
enim tunc scœua ad sonum chiric, & si ad-

fit

fit gahaja, sonat planè ut chiric, ut בִּיר *bi-jad*, in manu, non bejad. Quanquam alij probabiliùs fortasse aliter sentiunt, & semper sceua mobile, ut e, pronunciandum esse contendunt.

4. Hæc de Sceua simplici: nūc de ^{Sceua com-} ^{posita,} composito, siue de punctis raptis, dicamus. Chateph patach est punctum compositum ex sceua, & patach, hoc modo, *⋈*, & sonat a breuissimum. Chateph segol est pūctum compositum ex sceua & segol, hoc modo *⋈*; & sonat e breuissimum.

Adnotationes.

1 Utrumque sceua compositum præci- ^{Pūcta rapta} ^{quorsum in-} ^{uenta:} pūe literis gutturalibus *ו ח ה א* pro sceua simplici subijcitur: & quidem frequentius chateph patach, quàm chateph segol.

2 Immo verò chateph patach sub aliis quoque literis præter gutturales inuenitur interdum, ut בִּרְבוּ *beracu*, benedixerunt, גִּלְלוּ *ghillalu*, reuoluerunt, צָלְלוּ *tsalalu*, demersi sunt. *Exod. 15.*

3 Quatuor tamen cause dicuntur, cur etiam Sæva simplex gutturalibus subijci queat. Prima, si præcedat accentus Grammaticus, שלחנו 'schialachnu, misimus. Secunda, si præcedat chiric sub litera seruili, יהיה jihjeh, erit, תחיה tichjeh, vives. Tertia, si sequitur daghes, יחפץ iachpots, volet, נאדר nedar, magnificus. Quarta, si sequatur litera capax solius daghes fortis, sed eo non affecta, מעין manghian, fons, יחסר jechsar, deficiet. Sed hæc facilius vsu discuntur.

CAP. IIII.

De Daghes, & Raphe.

Super sunt adhuc alia duo puncta, quæ etsi vocalium literarum munere nequaquam funguntur, suo modo tamen pronunciatione non parùm iuuant. Ea sunt דגש Daghes, & רפה Raphe.

Daghes est punctum in medio literæ impressum, cujus officium est vim

vim quandam addere ipsi literæ. Est
 tamen duplex Daghes, lene, & forte. ^{Daghes du-}
 Lene roborat literam: Forte dupli- ^{plex,}
 cat. Exemplum lenis בית *beth*, *domus*,
 non *verh*. Exemplum fortis דִּבֵּר *dib-*
ber, *loquutus est*, non *diber*. Porro Da- ^{Daghesfor-}
 ghes forte inueniri potest in omni- ^{te in quib,}
 bus literis, exceptis gutturalibus ה א ^{fit literis.}
 ע, & ג.

Appendix.

1 Quamquam etiam aliquando Aleph
 א, & Resc ר, sed rarissimè, daghes reci-
 piunt, vide Genes. 43. 23. 1. Esdr. 8, 18. Le-
 uit. 23. 17. Job 33, 20, & 1. Reg. 1. 6. 1. Reg.
 10. 24. 4. Reg. 6. 22. Prou. 10. 14. Prou. 15.
 1. Cant. 5. 2. Psalm. 52. 5. Hierem. 39, 12.
 Habac. 3. 13. Ezech. 16. 4.

2 Ratio verò cur infigatur daghes forte
 in literis multiplex est. Primum infigitur ^{Causæ in-}
 ad supplendum defectum literæ Nun in ^{scribēdi Da-}
 conjugatione Niphingal, in defectiuis pe- ^{ghes forte}
 nun, in נָתַן *nathan*, in prepositione וְ *min*. ^{in literis,}
 Secundo, ad supplendum defectum literæ
 gem,

geminata in verbis duplicatibus y nghayn, & ad supplendum defectum literæ ך in verbis, quæ habent tertiam radicalem ך, & quando in hihpael ך & ם conueniunt. Tertio, ad ostendendum coniugationis grauitatem in Piel, Pual, & Hihpael. Quarto, post ך demonstratiuum, & ך uersiuum, nisi sequatur litera sceuata. Quinto, sed raro solius euphoniae causa.

Daghes lene in quibus reperiatur literis.

2 Daghes lene non reperitur nisi in sex literis, quæ duabus hisce uocibus continentur כַּפֶּת בְּגָדִים, quia tamen etiam hæ literæ daghes forte habere possunt, ideo ut sciamus, utrum daghes in his literis infixum, sit forte, vel lene, hæc regula notanda est. Initio dictionis nunquam esse potest, nisi daghes lene, & similiter in medio, & fine, post sceua quiescens. Itaque in hac dictione תִּזְכּוֹר *tizcor, recordaberis*, utrumque daghes est lene: in hac uerò דִּבַּרְתָּ *dibbarta, loquutus es*, primum est lene, secundum for

Regula de daghes:

forte, tertium lene.

3 Raphe Hebraicè רפה, id est, lene, est virgula quædam literæ superscripta hoc modo ך, quæ linea significat literam esse molliùs pronuntiandã, quàm si haberet daghes. Itaque literæ כפה כגד cum daghes leni pronuntiantur leniùs, vt latinæ literæ b, g, d, c, p, t. Si verò habeant raphe, כפה כגד pronuntiantur asperiùs, à vt v consonans, à, vt gh, ר, vt dh, ך, vt ch, vt quorundam sententia nihil à litera ך differre pronuntiando videatur, à, vt ph, siue φ Græcorum, ך denique vt θ Græcorum, siue th.

4 In plerisque tamen libris raphe non exprimitur, sed semper subintelligitur, vbi nullum est daghes.

Appendix.

Quòd verò ad orthographiam attinet, Quæ sint p̄
torum Da-
ghes & Ra-
phe loca. vbi sit ponendum daghes, & vbi raphe, hæc regule seruandæ sunt.

1 In initio dictionis semper est raphe, præ-
tera

terquam in literis כפת, בנדר כפת, quæ daghes habent, nisi litera præcedens fuerit una ex quiescentibus, quæ sunt אהו, quamquam etiam his præcedentibus quattuor locis habent daghes. Primum si litera quiescens nõ quiescat eo loco, ut שפתו תפתח, ut deinde si habeat accentum distinctiuum, ut לונה כוכב luna, stella. Tum si dictio, quæ incipit ab una ex literis כפת begad chephath, sit monosyllaba, aut habeat accentum in penultima, ut זבחתה פסח sacrificasti Pascha. Postremò si maccaph conjungit ה dictionis monosyllaba cum dictione incipiente ab una ex literis כפת, ut מה בצע quæ cupiditas: aut contrà, si dictionem hujusmodi monosyllabam præcedat dictio desinens in ה cum maccaph, ut יצפה בי sperabit in me.

2. In medio & fine dictionis post longam vocalem semper est raphe, nisi notetur accentu: tunc enim daghes esse potest, ut למה cur: ex quo apparet sciurec interdum pro parua vocali haberi, quum admittat post

se

se daghes, *וְ* חוּכָה.


3 In medio, & fine, post vocalem breuiem semper est daghes, aut sceua silens, nisi notetur accentu: nam in שְׁבַת habitare, illud בּ propter accentum nō habet daghes, aut nisi sit camets chateph, præsertim deductum ex cholem, *וְ* קָרְשִׁים.

4 In medio, & in fine post sceua mobile, & puncta rapta, semper est raphe, præterquam in hac voce שְׁתֵּי שְׁתֵּים duo.

5 In medio, & in fine post sceua quiescens semper est raphe, præterquam in literis כַּפֶּת בְּנֵר quæ habent daghes lene: exceptis paucissimis, *וְ* עֲבָדֵי מַלְכוּת, regnum, עֲבָדֵי serui, & similibus.

CAP. V.

De literis quiescentibus, & mappic.

 Vattuor literæ, quæ hoc nomine continentur אֶהָי ehe-
ni, quiescentes dicuntur, quia Literæ cur dicantur quiescentes.
interdum proprio puncto vocali destitutæ, nullum sonum auribus exhibent,

bent, sed in præcedenti puncto quiescunt: cuius rei ratio est quòd, ut supra diximus, iis utebantur olim Hebræi loco vocalium: nunc autem inventa sunt puncta, quæ earundem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque necessariò literæ istæ, post inventa puncta, interdum sonant, interdum quiescunt: sonant quando funguntur munere suo, id est consonantium: quiescunt quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

Explicemus de singulis seorsim.

ק quibus in locis quiescat.

ק quiescit in medio, & in fine post omnes vocales longas, & interdum post segol, & patach, ut קמח *juncus*, & קנין & *dominus*.

ה quando quiescit.

ה quiescit solùm in fine post camets, tsere, cholem, longas vocales, & post segol, & patac, breues, ut הוה *os*, הוה *quis*: post alias vocales longas non facilè reperitur litera ה: tamen, si inuen

inueniretur, sine dubio etiam in illis
quiesceret.

Exceptio de Mappic.

Est autem obseruandum, interdum ה in
fine post longam vocalem non quiescere.

¶ Quando in
fine dictio-
nis nō quies-
cit.

Ad quod significandū scribitur tunc pun-

ctum quoddam in medio ejus hoc modo, ה,

vel sub illa, hoc modo, ה: quod quidem pun-

ctum non est daghes, quia non duplicat,

nec roborat literam, sed est מַפְּיִק mappic,

id est eductor, quia educit sonum, dum facit

Mappic
quidnam fit

ut litera sonet, quæ alioquin quiescisset.

Solet verò mappic potissimum adhiberi

in pronomine affixo generis fæminini, ut

בְּנֵה filius ejus: præterea in nomine Dei

אֱלֹהִים, & in quattuor verbis,

admirari, superbire, amare, splendere.

הַמָּה בְּנֵה כְּמָה נָנֵה

qui quiescit in medio, & in fine post

¶ quando
quiescit,

tsere, segol, & chiric: aliàs sonat ut j,

consonans. Porro in fine post ca-

mez, patach, cholem, & sciurec coa-

lescit cum præcedente, ut vocalis in

C diphth

diphthongum, vt אֲדֹנָי adonai, Dominus, trisyllabum: דְּבָרַי devarai, verba mea, similiter trisyllabum: גּוֹי goi monosyllabum, gens בְּנוֹי banui, edificatus, duarum syllabarum. Interdum etiam recipit mappic, vt in dictione מַלְכוּתֹת regna, & ראשִׁית principia.

¶ quando admittit Mappic.

¶ quando quiescit.

¶ quiescit in medio, & in fine sub cholem & in sciurec: aliàs sonat vt v, consonans, & in fine post camets, & patach, tsere, & chiric, coalescit in diphthogum, etiamsi intercedat jod quiescens, vt דְּבָרָיו devarau, verba eius, קַו kau, linea, שָׁלוֹ schaleu, quietus, פִּיוּ piu, os eius.

Appendix.

Literæ quiescentes sunt necessariae.

¶ Notandum verò est, quiescentem litteram necessariam esse ad longarum vocalium prolationem, & ideo semper eis vel actu, vel potestate adesse: idcirco enim in illa sententia, לֹא תַעֲטֶה לְךָ פֶּסֶל non facies tibi sculptile, illud פ non habet daghes lene, quia precedit ה, virtute

cont

contentum in camets dictionis 77.

2 Præter hæc puncta jam explicata, quacumque alia lineolæ, notula, apices, quacumque forma, vel situ occurrant, accentus habendi sunt, excepto signo, vel circulo כתיב, id est scriptiois, de quo in capite sequenti, appendice secunda.

CAPVT VJ

De Accentibus.

Accētus Hebræis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rhetoricus retinet Accentus Rhetoricus syllabam, vel coniungit cum alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit Accentus Grammaticus syllabam, vt accentus acutus Græcorum, & præterea distinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ: Musicus designat tonum, Accentus Musicus. quo syllaba cani debet.

2 Porro Rhetorici accentus quatuor sunt. Primus dicitur Metheg, id est Metheg. est, frenum, cuius officium est retine-

re syllabam quem afficit, ne lingua, nimis celeriter pronunciando, hæreat, & scribitur sub litera hoc mo-

Mazze. do, ך. Secundus dicitur Mazze, cujus idem est officium, & scribitur supra literam hoc modo. ך Tertius

Gahaja. dicitur Gahaja, & est retinaculum solum puncti sceua, quum methagh & mazze aliis punctis adiungantur: scribitur autem sic, ך. Quartus dicitur

Maccaph Maccaph, cuius officium est conjungere unam dictionem cum alia, ut instar unius vocis pronuncientur, & scribitur inter duas dictiones hoc modo, ך-לוי col goi, *omnis gens.*

Grammatici
accentus sunt
81.

3 Grammatici accentus numerantur triginta & unus, nimirum viginti reges, & undecim ministri, qui omnes acuunt syllabam quam afficiunt, & præterea distinguunt orationem: quamquam, quod attinet ad distinctionem, ex tanto numero, solum quatuor sunt propriè Gram-

mat

matici: reliqui enim magis Musica,
quàm Grammaticæ deseruiunt.

4 Primus dicitur Soph pasuk siue
Siluc, cuius officium est acuere syl-
labam, & distinguere priodos: scri-
bitur autem sub litera hoc modo, א,
ita vt figura non distinguatur à Me-
theg. Facile tamen vnum ab alio in-
ternosces, si animaduertas è duobus
accentibus in eadem dictione posi-
tis, priorem esse Rhetoricum, poste-
riorem Grammaticum: vel si vnus
tantum sit, eum necessariò esse Grã-
maticum: nulla enim est dictio sine
accentu Grammatico, nisi ea quæ
per maccaph cum alia jungitur.

5 Secundus est Athnac, qui, præ-
terquàm quòd syllabam attollit mo-
re aliorum, distinguit medias perio-
dos, seu membra orationis, & hoc
modo sub litera pingitur, א: hunc ta-
men vsum non semper habet in li-
bro Iob, Psalterio, & Prouerbiis.

Quatuor p-
prie sūt ac-
centus Grã-
matici.
Soph pas-
such.

Nota.

Grãmaticus
accētusquã
do abelt à
dictione.
Athnach.

6 Tertius est Zakeph caton, qui & syllabam acuit, vt cæteri, & incisa distinguit: scribitur vt Sceua, sed hoc modo supra literam notatur, כָּ.

7 Quartus est Reuia, qui minimis distinctionibus seruit, & hoc modo supra literam scribitur in medio, כֵּ, vel ad latus dextrum כִּ, vt differat à puncto cholem. Cæterorum nomina, & figuras, quamuis ij negligi potuissent, hîc breuiter subjiciemus, ne quid vel à curiosis desideretur.

Accentus Regij.

לְגַרְמַח	כ	11	סוּף פֶּסוּק	בּוּ	1
נָרַשׁ	כֵּ	12	אֶתְנַח	כִּ	2
נָרְשׁוּם	כִּ	13	זַקַּף קֶטוֹן	כֵּ	3
יִתִּיב	כִּ	14	זַקַּף גְּדוֹל	כֵּ	4
זֶרְקָא	כֵּ	15	רְבִיעַ	כִּ	5
פֹּר גְּדוֹל	כֵּ	16	תְּכִיר	כִּ	6
פֹּר קֶטוֹן	כֵּ	17	טְרוּחַ	כִּ	7
קֶרְנֵי פֶרַח	כֵּ	18	סְנוּלָא	כִּ	8
שְׁלֶשֶׁת	כֵּ	19	פֶּשְׁטָא	כִּ	9
תְּלוּשָׁא גְדוֹלָח	כֵּ	20	פֶּסֶק	כִּ	10

Accen-

Accentus ministri.

6 ב מִירְכָא פְּשׁוּטָה	
7 ב מִירְכָא כְּפֹלָה	1 ב מוֹנַח
8 ב קְרֵמָה	2 ב עֲלוּי
9 ב תְּרֵמָה	3 ב מְכַרְבֵּל
10 ב דְּרֵמָה	4 ב מְהַפֵּךְ
11 ב יִרְחַ בְּן יוֹמוֹ	5 ב מְאִילָה

Appendix prima.

Quod autem ad sedem attinet accentuum, hæc regule tradi possunt. Accentus grammaticus in penultima syllaba collocatur.

Accētuum
sedes.

1 Primum quidem in omnibus nominibus, & verbis, quæ habent segol in vltima, vt בְּגֵד beged, vestis קֹדֶשׁ kodesc, sanctitas, סֵפֶר sepher, liber, מוֹת maueth, mors, לֶכֶת lecheth, ambulare: & idem dicendum est de iis, quæ habent patach in vltima loco segol, quando nimirum vltima, vel penultima est ח, vel ע, vt דַּעַת danghath, scientia, פֶּסַח pesach, Pascha. Hæc tamen regula locum non habet, quando vltima thematis est ה: dicimus enim

מֹשֶׁה Mosce, Moses, בֹּנֵה bone, ædificans, nisi forte sequatur dictio monosyllaba, aut millel.

2 Deinde verò in omnibus nominibus, quæ habent camets, vel patach, ante jod mobile, ut מִצְרַיִם mitfraim, Ægyptus, בַּיִת baith, domus: ad quam regulam pertinent omnia dualia.

3 In iis nominibus, quæ desinunt in jod precedente chiric, si punctum penultimum fuerit cholem, vel segol, ut קֹשִׁי kosci, duritia, חֹלִי choli, infirmitas, שְׂבִי scievi, captiuitas.

4 In iis, quæ terminantur in sciurec precedente ה, ut בְּהוּ bohu, vacuitas, רוּחַ rohu, desolatio, פְּקַדָּהוּ pekadah, visitauit eum.

5 In præteriti secunda persona singularis numeri, masculini generis, et prima persona communis generis, utriusque numeri, ut לָמַדְתָּ lamadta, didicisti, לָמַדְתִּי lamadti, didici, לָמַדְנוּ lamadnu, didicimus: nisi forte adsit vau versuum: tunc enim

enim aliquādo accentus ponitur in vltima.

6 In prateriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur sceua in punctum longum, vt למדו lamadu, didicerunt, pro למדו lamedu, חפצו chaphetsu, voluerūt, pro חפצו chaphetsu. יכלו jacolu, potuerunt, pro יכלו jacelu. Idem dicendum est de tertia singulari fœminini generis, vt למדה lameda, didicit, pro למדה lameda.

7 In prateriti tertia plurali, & tertia singulari fœminini generis, verborum quiescentium, vel duplicantium Nghajin, vt בנו banu, intellexerunt, בנה bana, intellexit, סבו sabbu, circuiuerunt, סבה sabba, circuiuit.

8 In tertia prateriti, quando sequitur dictio monosyllaba, vel alia habens accentum in prima syllaba, vt בנה עיר bana nghir, ædificauit ciuitatem, קרא לילה kara lajela, vocauit noctem. Idem seruatur in participiis verborum quiescentium lamed he, vt בנה עיר bone nghir,

C 5 ædific

ædificans ciuitatem.

9 In secunda plurali generis fœminini imperatiui, & secunda ac tertia plurali generis fœminini futuri, vt למֹדְנָה lemodna, discite, תִּלְמֹדְנָה tilmodna, discetis, vel discent.

10 In cōiugatione Hiphil, in tertia plurali, & tertia singulari fœminini generis, vt הפְּקִידוּ hiphkidu, præfecerunt, הפְּקִידָה hiphkida, præfecit.

In reliquis omnibus tum nominibus, tum verbis accentus grammaticus collocatur in vltima. Porro vocabulum huiusmodi quod habeat accentum in vltima, vbi ferè sepius reperitur, vocari solet à Grammaticis *Milra*: quod auteem in penultima, dicitur *Millel*. Nulla tamen est vox, quæ grammatico siue acuto accentu careat, vt supra dictum est, nisi quæ per *Maccaph* cum sequenti voce coniungitur.

Appendix secunda.

De Circulo o,

Circulus hic o vocabulis interdum impositus

positus, aliam diuersam lectionem indicat. Quæ quidem lectio in plerisque Bibliorum exemplaribus in margine adscribitur, cum subjecta litera ק, id est קרי keri, lectio, nam ita vox illa ad marginem appellatur. Quæ autem est in ipso contextu cum hoc circulo ס, vocatur כתיב cethiv, scriptio, quòd scilicet ita ibi scripta quidem sit ea vox, non tamen ita legenda. Verum tamen keri, hoc est vox in margine apposita, pronuncianda iis punctis, quæ puncta habet cethiv, hoc est vox textus. Exempli gratia, Gen. 24. ver. 16, cethiv in textu est והנער והנערה vehannanghara: in margine verò keri והנערה והנערה vehannanghara. Ergo ad hoc ex illo cethiv transferenda sunt puncta, ut legatur והנערה והנערה vehannanghara, & puella. Hæc autem lectionum varietas adnotata est à Rabbinis in מסרה mesara, vel מסרה masoreth. Ita enim ab ipsis huiusmodi Observationum libri dicuntur.

Appendix

Appendix tertia.

De usu accentuum extra Biblia.

Multiplices illæ accentuum figurae in sacris libris duntaxat reperiuntur, sine quibus, praesertim distinguendis, nullam scripturam Hebraei recipiendam putant: tamen si rationem collocationis, aut ordinis, quem in illis cernimus, se propter peccata ignorare fateantur.

Ceterum in aliis Hebraeorum scriptis, epistolis, libris, qui hisce characteribus proprie Hebraicis constant (sive à Christianis, sive à Iudæis edantur) unum ex his quatuor subiectis modis ferè observari videmus.

Primus modus

Nuda tantum consonantium figurae ponuntur: praetermissisq; omnino non tantum accentibus omnibus, sed etiam punctis sive vocalibus: additis duntaxat duobus crassioribus punctis ad periodam, sive comprehensionem.

אֵל רַחוּם הַחַמִּידְנִי בַחֲמַד אֵשֶׁר יֵשֶׁר

בעיניך כחכמה דרוש אמת ידוע נתם מלות
לתהלה ולכבוד שמך:

*El rachum hachamideni bachamad
eth ascier jasciar benghenecha bechochma
darosc beemeth jadoang betom milloth
lathehilla ulcavod sciemecha.*

Concede mihi, misericors Deus,
quæ tibi placita sunt ardentè con-
cupiscere, prudenter inuestigare, ve-
raciter agnoscere, perfectè adimple-
re, ad laudem & gloriam nominis
tui.

*Porro puncta illa crassiora sæpè etiam
omittuntur.*

Secundus modus.

*Retinentur omnia puncta vocalia: in-
terdum etiam seruilia, vt daghes, & in
ש, &c. omisus tamen omnibus omnino ac-
centibus, præter illa duo puncta in extrema
periodo, hoc modo:*

שְׁלֹשָׁה פְּנִים בְּשֵׁלוֹשׁ הַקְּדוֹשׁ אֵב בְּנִוְרוֹת
הַקְּדוֹשׁ וְאֱלֹהִים אֶחָד:

Scieloscia panim bescialusc hakqadosc

av ben veruach hakkodesc veloim echad.

Tres personæ sunt in sancta Trinitate, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sed Deus vnus.

Tertius modus.

Usurpantur omnia puncta vocalia, seruilia, &c. & in singulis dictionibus accentus grammaticus in sua syllaba, quam ex regulis sibi vindicat, notatur perpendiculari lineola.

שְׁלוֹם לְךָ מַלְכָּה אֵם חֶסֶד חַיִּים מְתוּק

וְחִקּוּתָנוּ שְׁלוֹם אֱלֹהֵינוּ

Scialom lac malca, em, chesed, chajim, mathok, vaicvathenu, scialom elaic.

Salve regina, mater, misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salve.

Quartus modus.

Similis tertio, nisi quòd illam lineolam perpendiculararem non vbique seruet: sed suis in locis, ad orationem distinguendam soph pasuk, atnach, zakeph caton: præterea metheg rhetoricum adhibeat, & mac-caph.

נפשוֹת הקדושים שמחות בשמים אשר
 רדפו את עקבי משיח וכר יצקו דמם באהבתו
 ועלו עִם משיח בלוי סוף:

*Nephascioth hakkedoscim sciemechoth
 basciamaim ascier radephu eth nghikve
 masciach. vechi jatsku daman beahava-
 tho, lachen janghlezu nhim masciach beli
 soph.*

Gaudent in cælis animæ Sancto-
 rum, qui Christi vestigia sunt sequu-
 ti: & quia pro ejus amore sanguinem
 suum fuderunt, ideo cum Christo
 exultant sine fine.

*Ceteri modi ad hos facile reuocabun-
 tur. Porro ex his quatuor, quo quisque est
 ordine superior, eo etiam lectionem diffici-
 liorem reddit. Quare postremus potissi-
 mum, aut certè tertius videtur vsurpan-
 dus, præsertim si scribatur ijs, qui
 non sint hujus lingue
 peritissimi.*

PARS